

Si compiace intanto a figurarsi la vita ch'ei conduce in campagna durante l'inverno.

Per nulla turbato dalle intemperie della stagione,

Ugo sarà tutto dedicato al raccoglimento ed agli studi fisici,

ovvero mediterà sulla corruzione del secolo,

e forse sta scrivendo qualche opera imperitura.

Lo esorta di nuovo a scrivergli.

michi fingo. rure vivis, ut audio, ubi habitare hyemis tempore non satis delectabile puto, cum prata et arbores, que suo tempore oblectationem prestant, suis sunt decoribus spoliate, tum autem propter crebras pluvias et liberum ventorum accessum. aliter tamen de te ac de aliis extimo. scio enim quod ubique 5 idem es, et mansionem tuam non extrinsecus sed in animo geris, quam nec pluviarum inundatio vexat nec ventorum turbat insultus. illuc tete recipis, et in te collectus, et arcana et que^(a) ceteris phisicis intentata sunt, profundissimi ingenii tui ardua speculatione rimaris. nunc ad homines digrediens, animos, mores et studia 10 pensas; horum inexplebilem avaritiam, illorum intolerabilem superbiā, insatiabilem ingluvionem, laxivias, iras, fraudes, inimicitias, cuncta vitiis occupata, nullum virtuti penitus locum esse. hec considerans, doles et gemis et ad virtutem tibi^(b) robur assumis, eternaque de his, ut puto, posteris monumenta componis. 15 vale. loquacitatem forte meam moleste feres; scito tamen taciturnitatem tuam multo me ferre molestius. iterum vale et patri nostro me recommenda. per Petrum paulum tuum.

XI.

LO STESSO AL MEDESIMO⁽¹⁾.

20

[B, c. 8 b; P, c. 31 b; C, c. 263; Gu, n. 5; Go, c. 61].

Preclaro viro domino Ugoni de Ferraria
artium doctori oratorique prestantissimo^(c).

Bologna,
agosto 1388 (?)

Se l'amico crede che la sua cattiva abitudine di tacere a lungo farà appressare di più le sue lettere, ci si

USITATUM, ut video, morem tuum, vir egregie^(d), non omittis quo te tam^(e) tardum tamque difficilem in scribendo exhibes. 25 extimastine^(f) sic litteris tuis pretium facere, ut quanto rariores

(a) *Cod.* nec arcana nec que (b) *Cod.* ad virtutem tibi (c) *B P. P. V.* Ugoni Ferrariensi *C P* Eiusdem ad Ugonem Ferrariensem (d) *Go P* vir doctissime (e) *B C P* quod te tam *Go qui te tam* (f) *P Existimarine*

(1) Per fissare la data di questa lettera, ci serviamo del ruolo dei lettori legisti e artisti a Bologna per l'anno accademico 1388-9, dove si legge: